

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum Deus poßit scire plura quam scit. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

tamē potest aliquid scire vel præscire ex tempore. Potest vtiq; scire vel præscire quod nunquam est, nec erit, nec illud scitum vel præscitum est ab æterno: nec tamen potest incipere scire vel præscire illud, sed ita potest modo scire, vel præscire sicut potest scire vel præscire ab æterno. Si n. dicatur eum modo possit scire vel præscire quod ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est, ita quod ab æterno non sciuerit vel præsciuerit, quasi utrumque simile esse possit, falso est. Si vero dicas eum posse modo scire vel præscire quod ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est, habere potentiam sciendi vel præsciendi ab æterno & modo aliquid, nec tamen illud præscitum est vel futurum, verum est. Non potest ergo nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid: sicut non potest nouiter vel ex tempore velle aliquid, & tamen potest velle quod nunquam voluit.

*Vixum Deus possit scire plura quam scit.*

Item à quibusdam dicitur Deus posse plura scire quam sciat: quia potest omnia scire quæ scit, & potest aliqua facere quæ nunquam erunt, & illa potest scire: non enim aliqua incognita facere potest. Si vero omnia essent quæ modo sunt, & alia quædam faceret: quæ non sunt, nec erunt, & illa omnia sciret pro certo, plura sciret, quam modo sciat: nec tamen eius scientia augeri potest, quia hoc totum fieri posset sine mutabilitate scientiæ. Constat ergo Dei scientiam omnino esse immutabilem, nec augeri posse vel minui: sed ei subiecta.

*Quod videtur aduersum illi sententia, qua supra dictum est,*

*Deum semper & simul scire omnia.*

Ei vero quod prædictum est, scilicet, quod De<sup>o</sup> omnia semper videt & simul, videtur obuiare quod ait. Hier. in expositione Abacuc: Absurdum est, inquit, ad hoc deducere Dei maiestatem, ut sciat per momenta singula quo pulices nascatur, quo teneat

*morian-*

*Tomo. 6. in  
explanatio-  
ne huius,  
mundis sunt  
oculi tui  
cap. I.  
Abacuc.*